

mercium cum animo continuandum, ab hoc separatur, et in putredinem abit. Nativum mortis horrorem nulla philosophia, sed sola christiana Religio vere et salubriter pellere potest.

XCVII. Animus a corpore resolutus sui conscius manet, estque *immortalis*: fundamentale hoc dogma Jesus Christus in plena luce collocavit.

XCVIII. Recipient vero animæ separatæ illico mercedem vitæ antea actæ convenientem et ad commodatam: et pie viventium quidem conditio felicissima esse describitur; quod non ita accipiendum est, ac si in otio, mera desidia et voluptatum arbitrariarum inerti perceptione delectarentur, sed capturi potius sunt incrementa tum cognitionis in hac terra inchoatæ, tum virtutum suavi exercitio excolendarum.

XCIX. Cumque beatæ illæ mentes cum DEO iam regnent, et arctiori amicitiae vinculo sint coniunctæ; recte eas veneramur et invocamus, quin exinde Mediationi Jesu Christi derogetur. C.